



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

8. Iuramentum necessarium quid? an necessariò subeundum ab eo, cui defertur? an iuramentum suppletorium probationis, Reo an potiùs Actori deferendum sit: praesertim sire fideq[ue] pares fuerint Actor ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

tem quod non jurare. Ad 2. Dico hæc esse dissimilia: quia cum actor plenè probavit, jam de jure suo docuit, nec juramento indiget, quia est causa satis liquida, sed ubi nihil probavit, & is contendit sibi deberi, reo id negante res est dubia, unde juramento oblato decidenda est. SED QUID SI REO offeratur juramentum ab actore, qui conatus est intentionem suam probare, & re ipsa aliquo modo probavit, non tamen sufficienter: jurabitne? R. Quod sic: quia leges sup. cit. quibus constituitur, ut is, cui juramentum defertur ab adversario, illud subire cogatur aut referre, non distinguunt, utrum is qui juramentum offert nixus fuerit probare nec ne, & ratio legis æquè urget pro utroque casu: quod videlicet manifestæ turpitudinis & confessionis sit, ubi in causa propria testis & Judex aliquis efficitur oblato sibi juramento, nec jurare velle nec juramentum alteri referre. Et hæc quoad primam juramenti speciem.

8. Juramentum necessarium est quod in causa dubia à Judice defertur reo, vel actori propter defectum plenæ probatio-

nis.

nis. *L. admonendi 31. ff. h. tit.* dicitur necessarium, tum quia à Judice necessario deferendum, si partes petant, tum etiam, quia ab eo, cui delatum est, necessario subeundum. *L. generaliter. §. 1. in princ. C. de rebus credit.* nisi & hic justa recusationis causa subsit. *cit. L. generaliter.* ut si auctore plenè probante, reo nihil, Judex illud auctori deferat. **DIXI** in conclusione Reo vel Auctori, quia sunt qui juramentum hoc supplementarium probationis reo, sunt qui auctori deferendum existimant. Qui reo deferendum censent, sequentibus moventur argumentis. 1. *L. cit. admonendi* ubi patet juramentum delatum fuisse reo. 2. *ex cap. ult: h. tit.* ubi similiter reo ad purgandum innocentiam deferendum esse Pontifex mandat. 3. ex *L. favorabiliores de reg. jur.* ubi dicitur favorabiliores esse reos quam auctores. 4. Quia post publicatas attestaciones non licet auctori novos testes producere super eisdem capitulis *per Authent. ut qui semel C. de probat: Clem: 1. de test:* ergo multò min⁹ producere in testem seipsum licebit, quòd fit cùm juramentum auctori defertur, & is jurat; videtur enim esse te-

stis in

ffis in causa propria p *L. ult. C. de fideicom.*
 Qui verò actori deferendum putant, fun-
 datur in eo, quod iuramentum hoc defe-
 ratur in supplementum probationum cum
 videlicet semiplenè probatum est, ita ut
 magna sit præsumptio contra reum, tunc
 ergo actori deferendum asserunt. Sunt
 etiam qui rem hanc Judicis arbitrio com-
 mittant ob *text. in cap. ultim: §. Sanè de ju-*
rejur. ubi sic. *Nisi Iudex facti & personarum*
circumstantijs consideratis actori deferendum
esse putaverit. Nos hac in re statuimus: ne-
 quaquam reo deferendum esse iuramen-
 tum sed actori, si hic semiplenam proba-
 tionem attulerit per regulam generalem.
L. bona fidei. & text. in cap. ultim: §. 1. de ju-
rejur. quatenus ibi Pontifex dicit, *nisi Iu-*
dex actori potius quàm reo deferendum putave-
rit. Atqui si actori aliquando deferendum
 est, hoc sanè casu, quo semiplenam pro-
 bationem attulit. Ergo actori & non reo
 deferendum erit. Et confirmari potest sen-
 tentia nostra, ex eo, quod nulla ratio effi-
 cax appareat, ut Iudex potius reo juranti
 in causa propria credat, quam actori, qui
 jam de jure suo aliqua ex parte docuit,
 & pro

& pro quo maior est præsumptio veritatis quàm pro reo, modo ut dictum, Actor non minus quàm semiplenè probaverit, aliàs locum habet regula *L. qui accusare C. de edendo. Actore non probante reus absolvitur*, aut ad summum in casu quo actor minus quàm semiplenam fidem fecerit, reo juramentum præstandum erit, ad purgandum adversus se conceptam suspicionem, ut habetur toto *tit. de purg. Can.* Sed non propterea licebit reo juramentum, sic delatum, referre. *cap. fin. h. t. v. famosa.* quia cum juramentum actoris tantum semiplenè probet, non efficeret cum prioribus probationibus minus quàm semiplenis plenam probationem, ut bene & doctè Panor. Sed quid si re fideq; pares sint, utri deferre debet iudex iusjurandum? Respondeo reo potius quàm actori, quia prioriores esse debemus ad liberandum quàm ad condemnandum. *L. favorabiliores. 125. ff. de R. I.*

9. Porrò proficit iusjurandum supplementarium quacunque in causa deferatur, quæcunq; sit actio, in rem, in personam, in factum, pœnalis, præjudicialis, aut quæ